

Conclusio Praenotica  
 Totius operis ac Comentarj huius  
 Seu  
 Exhortatio finalis ante Sacram  
 Professionem.

Cum Consumaverit homo, tunc incipiet. Eccl: Iob v. 6.

Venite Filij, audite me timorem Domini docebo vos. Quis enim  
 vos vestris compello, Fratres charissimi, in fine Sacri Tyrocinij  
 vestri, quibus vos allocutus sum in primo huius Aegae schola  
 ingressu. Si hucusq; patienter ac libenter me audistis, ecce  
 Colophonem dictorum, omnium Anacephaleosm, hodie vobis  
 porrigo: audite me. Consummatum quidem est, charissimi  
 Filij ac Fratres, Consummatum est. Cursum Tyrocinij vestri  
 consummastis, charitatem servastis; Ideoq; reposita est vobis  
 Corona spem vestra mercesq; Conganimitatis, quae jam propere  
 iminet, ad quam aspirastis, quam ardentet desiderastis, Sacra  
 nempe Professio. Consummatum est quidem Tyrocinium vestrum:  
 sed cum Consumaverit homo, tunc incipiet. Nunc demum  
 quia consummastis, et postquam consummastis; ecce nunc primus,  
 nunc deniq; incipietis. Ita est, cum consumaverit homo,  
tunc incipiet: Cum Consumaverit Tyro addidit herassem, cui  
 applicatus fuerat, tunc incipiet eam exercere, tunc incipiet  
 Tacere quod didicerat. Cum consumaverit homo, tunc incipiet.  
 Consumastis ergo et vos Tyrocinium, Novitiatum vestrum:  
 et ecce incipietis novum, ingredimini Novitiatum satis longum,  
 dum consumastis Tyrocinium unius anni. Tyrocinium et